

PHILOSOPHIA ENTIS.

**E**x Logicæ vepretis ad Philosophiam Entis five Metaphysicam recto ordine progredimur, quæ non jam spinis horrida, sed excisa illa quæstionum Arabicarum silva, a viris rerum philosophicarum peritissimis tam sedula felicique opera exculta fuit, ut deteriso illo squalore, pulvere ac situ novum splendorem ac faciem indueret. Est autem scientia rerum immaterialium, quæ in ONTOLOGIA de ente, ejusque attributis, in PSYCHOLOGIA de Anima, in THEOLOGIA NATURALI de Deo solide ac copiose disputat. Quid vero de veterum speculationum farragine omissum, quid emendatum, sincere ac candide sequenti mox schemate exhibemus.

- I. *Præter possibilitatem extrinsecam datur etiam intrinseca.*
- II. *Causæ creatæ non sunt precariæ, quarum occasione solus Deus omnia ac singula agit, sed iis competit vera vis activa \*).*
- III. *Ex duabus contradictoriis de futuro contingente una jam nunc est determinate vera, altera falsa, etiam præscindendo a decreto vel præscientia Dei.*

IV.

---

\*) An dicendum forte, Deum delectari hominibus decipiendis, atque oculis nostris fucum facere, ut ROSCIUS quidam in scena, qui pupas, icunculas aut pigmæos ligneos movet, versat, gyrat ope fili ferrei, vel chordarum gestulationes ciet mirabiles in capite, brachiis, pedibus?

V. Met  
que fe  
Iuper  
VI. Ani  
fectui  
partiu  
tiones  
VII. Ani  
VIII. E  
taphy  
hujus  
IX. E  
libert  
politi  
X. Pra  
libert  
X. Adm  
ma c  
rum  
lite  
XI. Sy  
cum  
trax  
effec  
apte  
tuem  
XII. E  
\*) Quo  
se velat.  
\*) Nun  
impeto, su

IV. *Metempsychosis Pythagorica fabula est, quæ forte apud extremos Indos ad ridiculas superstitiones adhuc servit.*

V. *Animæ humanæ creantur a solo Deo & fœtui infunduntur, quando datur organica partium dispositio saltem ad aliquas operationes vitales sufficiens \*).*

VI. *Anima est substantia simplex ac spiritualis.*

VII. *Ejus immortalitas argumentis tum Metaphysicis tum moralibus contra incredulos hujus sæculi solide probatur.*

VIII. *Etiam in statu naturæ lapsæ est libera libertate indifferentiæ ad actus non tantum politicos, sed etiam bonos aut malos.*

IX. *Prædeterminatio physica non videtur cum libertate hac posse bene componi.*

X. *Admirabile omnino est commercium animæ cum corpore, quod per systema causarum occasionalium aut harmoniæ præstabilitæ explicari nequit.*

XI. *Systema limitatum P. TOURNEMINE, cum nihil admittat sanæ Philosophiæ contrarium, sensui intimo scite concordet, & effectus ex hoc commercio nasci solitos satis apte digerat & explicet, admittimus ac tuemur.*

XII. *Bruta non sunt mera automata \*\*).*

\*) Quo id tempore contingat, nesciunt omnes, si candidi esse velint, neque nos hariolando detegemus.

\*\*) Nunquid irascimur autigæ, qui fuisse trinodi in tergum impacto, infelix CARTESII automaton adigit ad cursuum?

XIII. *Quod attinet ad animam Brutorum, sentimus cum Recentioribus.*

XIV. *Existentia Dei demonstrari potest a posteriore etiam permissio atheis aliquo processu in infinitum.*

XV. *Deus est providus, omnia & singula suaviter gubernat, immediate influit in omnes actiones creaturarum, quin tamen causa peccati dici possit.*

*Reflexio Critica.*

ONTOLOGIA tradit notiones rerum generales, quarum notitia maxime necessaria est. PSYCHOLOGIA de anima tractat, quid autem Philosopho magis dignum, quam animo ipsam animam contemplari? THEOLOGIA NATURALIS de Deo disserit, & tironem Philosophum adversus Atheistarum molimina munit. Mirari proin fatis non possum, quod quidam male critici Metaphysicam ad steriles, obscuras, & ignobiles artes abjiciant, eam ceu lexicon philosophicum, silvam spinosarum quæstionum, subtilitatum & altercationum joci illiberalibus ac dicteriiis proscindant, adeo, ut vel ipsum Metaphysicæ nomen in convicium prope jam abierit. Fateor, quid enim juvat in tanta recte philosophantium luce porro dissimulare, veteres olim in famosa illa universalium silva entia rationis nimis operose indagasse. At vero siquid in hoc genere peccatum est, non id pulcherrimæ scientiæ vitium, sed quorundam Arabice disputandi pruritus erat. Metaphysica hodie velut arbor castigata pulchrius ac nitidius frondet.

PHILO.

PH  
I  
quæ  
ram sole  
stra præf  
ignobile  
rum Pri  
ntem  
tes etia  
fectus r  
sistit.  
navigati  
medicæ  
riscera  
æ mag  
tem hu  
Partitu  
ex vast  
I. Prin  
sensi  
les.  
sibil  
corp  
II. Pr  
confi  
mole  
\*) Tor  
ant, quot  
vandam  
libitæ fun